

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**De Tempore Celebratæ A Servatore Ultimæ Coenæ Paschalis, Qua Difficultates Contra Sententiam Priori
Dissertatione Adstructam, Quod Integro Die Plerorumque Judæorum Pachales Epulas Præcesserit,
Moveri Solitæ Diluuntur, Pars ...**

Dissertationis Posterioris Pars II. :

Bremæ: Typis Viduae B. Herm. Christ. Jani, [1739]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn877026769>

Band (Druck) Freier  Zugang





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn877026769/phys_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn877026769/phys_0001)

DFG

408

a. B.

48. b. 8.

21.

Fa-1092(21.)

2.
25.
3.
24.
4.
23.
5.
22.
28.
6.
21.
7.
20.
8.
30.
9.
31.
10.
15.
14.
13.

2.
25.
3.
24.
4.
23.
5.
22.
28.
6.
21.
2.
7.
20.
1.
30.
8.
9.
31.
10.
15.
14.
13.

DISSERTATIONIS
THEOLOGICO-PHILOLOGICÆ POSTERIORIS,
DE
TEMPORE CELEBRA-
TÆ A SERVATORE ULTIMÆ
COENÆ PASCHALIS,

^{QUA}
DIFFICULTATES
CONTRA SENTENTIAM PRIORI DISSERTA-
TIONE ADSTRUCTAM,

^{QUOD}

INTEGRO DIE PLERORUMQUE JUDÆORUM PASCHA-
LES EPULAS PRÆCESSERIT,
MOVERI SOLITÆ,
DILUUNTUR,

PARS II.

PLACIDÆ DISQUISITIONI
AD DIEM MERCURII IPSIS KALENDIS JULIIS MDCCXXXIX.

PROPOSITA,

PRÆSIDE

CONRADO IKENIO

SS. THEOL. DOCT. ET PROF. P. O.

NEC NON AD ÆD. St. STEPHANI PAST. PRIMAR.

&

RESPONDENTE

JOHANNE GEORGIO OELRICHS

Bremensi, S. S. Theol. Cult. L. H. Q. S.

B R E M Æ,

Typis Viduae B. Herm. Christ. Jani, quondam Illustr. Gymn. Typogr.

29.

30.

31.

DISCIPULATRIS
CONVENTUS MONACHORUM
AEGAEI EPISTOLAE
ET RITUALIS
CONFESSORUM
DILECTIONES
CONTRITAM HOMINIS
MUTATIONES
LITERARIAE
PRAESES
CONRADUS KENIO
Johannes Gottlieb Oetrichs
1748

28.

VIRIS
perquam Magnificis atque Illustribus
Dominis,
DOMINO.
JOHANNI HOLLERO,
Jcto Consummatissimo,

liberæ atque imperialis Reipublicæ Bremensis Consuli Seniori
gravissimo, Ecclesiæ Rembertinæ Provisor vigilantissimo, Ju-
dici Hæreditario in Borgfeldt, Mæcenati, Patrono, studio-
rūmque suorum Promotori ad funera usque submissè
devenerando,

DOMINO
DANIELI a BUREN,
Jcto excellentissimo,

Illustris Reipublicæ Bremensis Consuli meritissimo, Ecclesiarum
in agro Bremensi Visitatori dignissimo, Patrono atque Fauto-
ri suo ad supremum usque halitum summâ venera-
tione prosequendo.

X 2

aec

29.

30.

31.

nec non,

Amplissimis, Consultissimis, Nobilissimis, Plurimum
Reverendo, Spectatissimis, Prudentissimis

DOMINIS,

Dn. Johanni Duntzen, Patrii Senatus Membro gra-
vissimo, Fautori, Cognatōque nunquam non suspiciendo.

Dn. Henrico Gerhardo Schumachero,
U.J.D.ejusdémque Facult. quondam in Illustri Gymnasio Bremensi
Professori P.O. longe celeberrimo, nunc vero splendidissimi Se-
natus Membro meritissimo, Lycei hujus Scholarchæ Dignissimo,
Patrono atque Cognato suo piè & submissè colendo.

Dn. Melchiori Hollero, U. J. Doctori & Advocato
maxime inclyto Mæcenati atque Cognato suo omni quā par est
observantia venerando.

Dn. Johanni Oelrichs, Verbi divini in Cœtu qui Chri-
sto colligitur in agro Arstensi Ministro fidelissimo, Patruo suo
ob innumera in se collata beneficia filiali amore & reverentia ad
rogum usque honorando.


Dn. Johanni Oelrichs, Mercatori eximio atque in-
tegerrimo, ad D. Martini ædem Diacono fidelissimo, Cognato suo
semper amando.

Dn. Johanni Henrico Meier, Negotiatori felicis-
simo, solertissimo, Avunculo suo honoratissimo.

Dn. Dn. Mæcenatibus, Patronis atque Cognatis,
Studiorumque suorum Promotoribus.

*In certissimum perpetuae observantiae pignus siue ulteriore
commendationem banc dissertationem, eâ qua par est
animi submissione suspendit*

RESPONDENS.



THESES.

1. Nomen ~~non~~ minimè Patriarchis ignotum fuit.
2. Sacrificia sunt divinæ originis.
3. Inter illa, expiatoria tantùm Christi, eucharistica vero solum fidelium typos gesserunt.
4. Nulla prostant scriptis Mosaicis antiquiora.
5. Ex sola fide justitiam Christi apprehendente, non tamen propter illam justificamur.
6. Peccata propter Christi satisfactionem remittuntur, ut omnis simul poena tam temporalis quam æterna remittatur.
7. Ut adeò tam afflictiones quam mors fidelium, non satis commodè propriè dictæ pœnæ appellantur.
8. Primus gradus statū exinanitionis Christi fuit assumptio naturæ humanæ.

9. In

29.

30.

31.

9. In foedere gratiæ, qui negant dari conditio-
nes minus caute loquuntur.
10. Has licet homo propriis viribus præstare
nihilque iis mereri queat, merito tamen
Deus flagitat & ab illis promissiones
dependentes facit.
11. Et licet fideles foedere gratiæ excidere ne-
queant recte tamen illi adduntur com-
mixture.
12. Scientia media Jesuitarum est inane cere-
bri figmentum, omni carens funda-
mento, & in DEI omni scientiam atque
independentiam injurium.



Ut

* * *

Ut commissa novæ telluri frondibus Arbos
 Luxuriat, ramos ponderibusque premit:
 Sic bifidi Pindi præclaris ornat *Alumnos*
 Artibus, à *Patriis* diffusa terra focis.
Ast juvat egregiam *Laribus* concredere famam;
 Hinc *Oelrice Scholæ* pulpita nostra petis!
Laudo; nec invideo *Tibi* quam facundia palmam
 Vindicat, & plausu *Docta Corona* probat.
Plausibus addo preces: *Numen Tua* cœpta secundet,
 Victor ut evadas bella sacrata ciens.
Denique *Pieriis*, natali sede relictâ,
 Assiduè pergas invigilare *Choris*.
Esto memor, *Studiis Virtus ubi juncta*, laboris
 Solliciti *Musæ* præmia digna ferunt,

*Pauca hæc Nobilissimi & præstantissimi
 Domini Respondentis Amicus inti-
 mus gratulabundus Posuit*

G. à Rheden,
 Philol. & Philos. Stud.

Plaudite Castaliæ manibus, citharaque forores,
 Festivaque novos fundite voce modos.
 Ite, triumphales lauro contexite vittas,
 Sertaque victrices implicitura comas.
Oelericus, Chauci non infirma gloria Pindi,
 Magnanimis ausis pulpita docta petit.
Hoc ipsi studium dedit, & labor improbus, atque
 Multum nocturnis invigilasse libris.

Ergo

Ergo triumphanti læto *Feliciter* ore

Ingeminant omnes, tēque Triumphē canunt.
Perge Deo ducente viam, sic digna laborum
Præmia Te, & laudes semper, *Amice*, manent,

*Omnibus pietatis, Doctrinae ac modestiae
laudibus Ornatiſſimo Dno Respondenti
levidense hoc accinebat*

Joh. Klencke,
Philol. & Philos. Stud.

Quam mihi lætitia saliunt præcordia magnâ!
Quanta meam mentem gaudia blanda tra-
hunt!

En nostram ingreditur Cathedram conamine magno
Oelricus, cordis pars veneranda mei.
Gratulor, & duplices tendens ad sydera palmas
Lætanti ex animo prospera cuncta precor.

*Nobilissimo atque Dadiſſimo Domino
Respondendit pauculis bisce gra-
tulabatur*

Christoph. Noltenius,
Phil. Stud.





**DISSERTATIONIS
THEOLOGICO-PHILOLOGICÆ
POSTERIORIS,
DE
TEMPORE CELEBRATÆ A SERVATORE
ULTIMÆ COENÆ PASCHALIS,
QUA
DIFFICULTATES CONTRA HANC SENTENTIAM
MOVERI SOLITÆ, DILUUNTUR.**

PARS II.

CAP. I.

§. I.

Ivimus, B. L. priori Dissertationis hujus posterioris parte, indubii, nisi me omnia fallunt, argumentis, pluribus de causis evenire potuisse, ut licet omnes Judæi non nisi XIVmo mensis Nisan Pascha mactarent, & XVmo comedarent, nihilominus Scripturarii integro die citius Traditio nariis utrumque fherent, quia Judæi nullum certò antea, ut apud nos, per calendaria constitutum mensis initium habebant,

Scrupulus
ex bodier-
nâ suppu-
tatione a-
stronomica
motus &
solutus.

A

bebant,

29

30

31

bebant, sed singulis mensibus, & præcipue quidem illis, in quos festi dies incidebant, Kalendæ primū determinabantur, idque vel ex solā φάσι novæ Lunæ, vel ex eadem per legitimos testes Synedrio M. renunciatâ, ad calculum astronomicum sedulò examinatâ, & Synedrii auctoritate solemnni ritu proclamatâ, unde cùm diversas ob causas contingere posset, ut Synedrium hanc proclamationem per integrum diem differret, idcirco & primus æquè ac omnes sequentes mensis dies, atque adeò & XIV. atque XV. quibus Pascha mactandum ac comedendum erat, sæpe illis qui proclamationem Synedrii sequebantur, integro quoque die seriùs incidere debebant, quām his, qui cum Scripturariis, mensem à solā φάσι novæ Lunæ incipiebant. Quo ipso commoda satis occasio Servatori subnasci potuit, ut Scripturarios sequens, integro die citius Traditionaris Pascha suum mactaret atque comederet. Quæ uti veram nobis difficultatum, quas Part. I. cap. I. movimus, solutionem subministrant, ita tamen necessarium erit, ut antequam illa proprius urgeamus, scrupulos quosdam, ut sub finem Part. I. polliciti sumus, eximamus. Priorem ipse Cl. Burmannus p. 104. & 112. movet, ex calculo à Celeberrimis nostri temporis Astronomis instituto, ex quo pateat anno Christi XXXIII. novam Lunam mense Nisan non potuisse conspiciri nisi septimo die hebdomadis incipiente, atque adeò XVmum, quo Pascha comedendum ex φάσι non nisi septuimum diem seu Sabbathum esse potuisse. Verum idem Celeb. Burmannus tam solidè scrupulo huic satisfecit, ut ne verbum opus habeamus addere, dum ostendit, omnem quæ nunc institui potest supputationem Astronomicam huic negotio applicari minimè posse, quia Judæi stante templo nunquam secundum constantem omni tempore & perpetua serie continuatum calculum Astronomicum, ut nunc, tempora dimititi sint, sed pluribus de causis annos aut menses intercalaverint, unde ἀδύνατο planè est, ut secundum ordinarium & non interruptum calculum, post tot retrò secula, singulos mensium, ante bis mille circiter annos

nos elapsorum dies, certis hebdomadum diebus semper alligemus; præterquam quod, ut Celeb. Burmannus demonstrat, si omnino calculo illo tutò stari posset, anno XXXIV, à nato Servatore convenienter ipsis suppurationibus Summorum Chronologorum, Le Fevre, Langii, atque aliorum, dies mactandi agni Paschalis secundum Scripturarios in diem quintum hebdomadis, comestionis autem in vesperam sequentem quæ initium faciebat diei sexti, secundum Traditionarios autem, prior in diem sextum, posterior autem in vesperam sequentem, quæ diem septimum incipiebat, incidet, quod per omnia casui in Evangelis memorato, ubi Servator sub finem diei Jovis Pascha mactavit. & sequenti nocte sub initium diei Veneris comedit, Traditionarii autem ex decreto Synedrii, illud sub finem diei Veneris mactarunt, & nocte sequenti sub initium diei Saturni manducarunt, convenit. Qui annus adeò rectius pro emortuali Seryatoris haberetur,

§. II.

Restat autem aliis scrupulus, longè majoris, ut primâ fronte videtur, momenti. Scilicet pleraque à nobis, ad diversam neomeniam figendi rationem adstruendam, allata, respiciunt litem quæ inter Karraeos & Rabbanitas intercedit, jam autem karræorum Sectam multi cum Joh. Morino lib. 2. Exerc. VI. & VII. recentioris originis, & non nisi VIII. circiter à Christo nato Seculo ortam volunt, quod si verum sit, minus rectè inde ratio petitur ejus, quod jam ante excidium templi II. ipso Servatoriæ avo contigit.

§. III.

Ad hanc rem quod attinet, dudum observatum est à Viris Doctis, recentiorem hanc Karraiticæ Sectæ originem à Morino gratis confictam, nec eam Sec. VIII. demum natam, sed postquam injuriâ temporum res ejus quodammodo collapsæ essent, in melius restitutam esse: cùm indubia longe majoris antiquitatis vestigia in ipsis Judæorum scriptis deprehendantur, & disertè in Cod. Mischnico Me-

A 2

gilla

Alia difficultas ex recentiori karræorum origine.

*Solutio ejus:
karræi jam
sub templo
II. extitent.*

gilla (edit. Talmudis Basileensi & Amstelodamensi cap. III. fol 24.) imò in libro, ipsius operis Mischnici collectione, antiquiori, Megillath Taanith cap. II. memorentur. vid. Houttingius in not. ad Rosh hashchana & Trigland. de Sect. karr. cap. III. p. 20. & 21. ubi. & lectionis editionum illarum Talmudis: integratatem vindicat, nec non Celeb. Meyerus ad Megillath Taanith, p. 13. seqq. conf. & Celeb. Wolfius in Præfat. Notit. karræorum p. 6. seqq. Accedit quod ipsi Scriptores Rabbanitæ, ut R. Jehuda Hallevi in libro Cosri P. III. p. 240. aliisque disertè tradunt karræos jam sub templo II. ætate Regis Alexandri Jannæi esse ortos. v. R. Mordechai p. 17. seqq. coll. p. 31. & Trigland. cap. V. Adde tandem constantem karræorum traditionem, quâ non solum inde à primo generis humani Parente perpetuâ serie genealogiam Principum gentis suæ deducunt, sed & à temporibus R. Jehudæ Ben Tabbai sub templo II. Doctores & προσάρτες Sectæ suæ successivè enumerant, & inabruptam, ab ipso Mose omni ævo Doctrinæ suæ, propagationem recensent. v. Trigland. p. 185. & R. Mordechai Tractat. à Celeb. Wolfio editus cap. VI. p. 43. seqq. & cap. IX. p. 110. seqq. coll. p. 127. Neque ulla ratio est, cur illis in re domesticâ fidem abnegemus, præcipue cùm non inficianda integratatis suæ argumenta proferant. v. Trigland. l. c. & p. 185. & 186.

§. IV.

*Nec soli
karræ ita
fenserunt,
sed & Sad-
ducei &
Baithosei.*

Verum non hi tamen soli sunt, qui in hoc negotio de noviluniorum indéque dependentium festorum constitutione, sententiam ab illâ Rabbanitarum diversam foverunt: quod Sadducæi æquè ac Baithosei, quos sub templo II. & ante Servatoris tempora jam viguisse Judæi omnes uno ore fatentur, quemadmodum & priorum ipsæ Novi Fœderis tabulæ aliquoties meminerunt, satis confirmant. Utrisque enim non solum in genere cum karræis in eo conveniebat, quod traditionum Rabbaniticarum farraginem rejiciebant, sed & in specie in hoc negotio, idem cum his

his sentiebant. De utrisque id testatur Abarbanel in dissertatione de Principio anni & consecratione Novilunii subiunctâ libro Cosri à Buxtorfio edito pag. 438. ubi postquam dixisset ex malè intellectâ Antigoni Sochæi mente ejus duos discipulos Tzadokum & Baithosum, (utriusque Se- et Patriarchas) negasse dari præmia aut poenas, ita pergit:

ולפי שהוו חכמי יש' שלימים בחכמה העיבור והיתה החכמה המפוארה והיה מקובלת אצל התלמידים תלמידים החסרי הוה לפרק מעלהם חכמה הקבלה ופי המצוות וערعرو בקביעות החורשים נאמרם שלא היה עיקר המציאות לקבע חזושים על פי החשכון לשיצטרכו אל חכמו רמות כי אם בראיית הלבנה על פי Buxtorfii: Quia ergo Sapientes Israëlis perfectissimè calluerunt artem intercalandi, illa scientia præclara per Cabalam inter ipsos fuit accepta, cœperunt degeneres illi discipuli excutere à se jugum Cabala, seu Traditionis oralis, Explicationes præceptorum, sequæ opponere fixioni mensium seu Noviluniorum, dicentes; Mensem præcepti non esse, ut signatur Novilunium juxta suppurationem, neque tam sublimibus ad id disciplinis opus esse, sed juxta Visionem jœu apparitionem Lunæ ex ore duorum testium, sive illi docti sive indocti fuerint. De Sadducæis vid: adhuc R. Mordechai p. 23. de Baithoseis Rosch hashchana loc. supr. cit. II. in edit. Talmudis Amstelod. nec non Gemar. f. 22. b. & Tosaph. Jom Tobb ad Mischn. loc. cit. Imò si tutò stare liceat testimonio R. Mordechai p. 21. & 22. (nulla autem ratio est cur illud in dubium vocemus) illud adhuc peculiare erat Sadducæis

שלא יעשו הפסח ווֹסֵט שְׁמִינִי עַזְרָת בְּיֹם שְׁבַת כִּי אָם בְּיֹם חֹל quod non celebrarent Pascha neque octavum diem festi Tabernaculorum die Sabbathi, sed tantum die profecto, nova inde ratio peti posset cur Sadducæi Christo moriente, non unà cum Rabbanitis Pascha suum comederint, quia posteriores id die Sabbathi faciebant.

imp

Hinc cor-
ruit pri-
mum argu-
mentum
adversa-
riorum à
tempore
festi de-
sumptum.

Quiequid autem hac de re sit , saltem ex his omnibus manifestum est , pluribus de causis fieri potuisse , ut magna Judæorum pars , omnes scilicet qui cum Sadducæis , Baithoſeis aut Karræis faciebant , vel ut uno verbo omnia completar , quotquot à Traditionariis seu Phariseorum sectæ addictis , in eo dissentiebant , quod Traditiones præter Scripturam Sacram introductas rejicerent , integro die citius Pascha comedenter , & nihilominus priores æquè ac posteriores Pascha suum die XIV. mactarent & XV. comedenter , quia illi mensam uno die citius quam hi inciperent , illorūmque adeò dies XIVmus his tantum XIIIImus esset , unde prior difficultas cap. I. §. I. à nobis mota ultrò corrūit , dum utraque pars diem Lege determinatum , sed pro diversâ supputatione integro μηχανικῷ citius tardiusve incidentem observavit , inque hoc sententiarum divertio , Servator meritò priores secutus est , quia illorum consuetudo Legi Mosis , quæ calculi astronomici subtilitates cum omnibus reliquis per Phariseos introductis restrictionibus penitus ignorat , exactius conveniebat . Neque fraudi esse potest , Sadducæorum , pestilentissimos errores foventium , & cum existentiâ Angelorum atque Spirituum , ipsam resurrectionem negantium , nomen , cùm omnium temporum historia doceat , etiam eos qui gravissimè errarent , haud raro tamen quædam veritatis capita ab aliis negata retinuisse , neque illud ipsi veritati præjudicium creare , aut ab ejus agnitione & confessione abstergere debeat , & Servator toties tamque severè Phariseorum παιρεγυνεῖς & παιροπαραδόσεις reprehendendo , quin & à confuetudinibus per eos introductis recedendo , ut in curatione Sabbathicâ , in permissione vellicationis & comestionis Spicarum in Sabbatho δευτερηπέμπτῳ , cibique αὐλαῖς χρεῖο sumendi : neglectu jejuniorum Pharisaicorum , &c. satis ostenderit , se non traditionariorum , sed eorum potius qui rejectis ἐθελοθρονεῖς præceptis , soli Legi Dei inhærerent , mores atque instituta se qui

qui, ut taceam præter Sadducæos etiam Karræos, ab eorum perniciosissimis erroribus planè immunes, idem hac in parte sensisse.

§. VI.

Ex eodem fonte alterum argumentum Cap. I. §. II. à nobis allatum, facillimè quoque diluitur. Cùm enim Lex hac ratione non violaretur, sed potius stabiliretur, nemo hīc offendì poterat, nisi illi qui rejeclā Legis literā, hominum placita sectarentur. His autem mitissimus Servator, quantacunque etiam lenitate uteretur, nunquam tantum indulsīt, ut & ipse eorum Doctrinæ, ἐντάλματοι αὐθεντίαι constanti assensum præberet, sed potius eidem səpissimē semet opposuit, populūmque ab eadem abstrahere annis est, nihil curans utrum eo ipso Pharisæi offenderentur, cùm hoc scandalum acceptum non datum esset. v. Matth. XV. 7—14. Neque Servatori soli id vitio verti poterat, quod ab innumeris aliis in populo Judaico peragebatur, multò minùs eam ob causam alicujus criminis in judicio postulari, cùm Judæi adhuc certarent, & sub iudice lis esset, utrum secundūm sententiam Scripturariorum & Legis literæ adhærentium, an Pharisæorum novilunia determinari & festa tempora celebrari deberent: Sed ad summum hoc denuò querelæ dudum à Pharisæis contra Servatorem motæ, verū ab ipso meritò retusæ ansam dabat, quod ipse & discipuli ejus violarent traditiones Veterum, nec secundūm illas incederent. Matth. XV. 2. seqq. Marc. VII. 5. seqq.

§. VII.

Majoris momenti videtur esse tertium argumentum cap. I. §. III. propositum, quâ ratione, cum Pascha non nisi in atrio mactari potuerit sanguisque à Sacerdotibus ad basin altari effundi debuerit, Servator aut ejus discipuli impetrare potuerint, ut tempore illegitimo sibi mactatio agni in templo permitteretur, & Sacerdotes munia sua circa cundem peragenda obirent? Verū & hæc difficultas ex

*Ut & alterum ex of-
fensione
populi me-
tuendā.*

29

30

31

*Nec non
tertium, à
loco ma-
ctandi ag-
ni Pascha
lis.*

iii

iis quæ hactenus à nobis disputata sunt, facile tollitur, modo obseruetur nos minimè statuere Servatorem solum cum discipulis Paschalem cenam anticipasse, nullo modo enim cogitari potest, id cùquam aut paucis numero privatis, qui unam tantum societatem Paschalem constituebant integrum futurum fuisse, sed Servatorem hac in parte semet incredibili Judeorum multitudini, omnibus nempe, ut vidimus, qui traditiones rejiciebant, junksse, unde quod innumeris aliis permittebatur, id ipsi soli vetari nullo modo poterat.

§. VIII.

*Nova dif-
ficultas à
Synedrii
M. Autho-
ritate.*

Novum quidem hic scrupulum movet Celeb. Burmannus pag. 101. posito scilicet, quod Synedrium M. integrum die serius novilunium fixerit, non tamen inde adhuc patere, cùquam in Israële licitum fuisse alium diem celebrare, quām quem Synedrium M. determinasset. Cui scrupulo eximendo quidem Vir Eruditissimus potissimum inserire existimat, quod ut Judæi ipsi observant, nonnunquam tam extra terram Canaan, quām in nonnullis casibus etiam in ipsa terrâ duos dies celebraverint, quem in finem præcipue provocat ad Summi Theologi Joh. Coccej. not. ad eod. Sanhedrin. cap. 2. (seu potius 1.) §. 2. not. 9. Verum, ut candidè, quod res est, dicam, pace Acutissimi Solidissimique Theologi, quem & vivum maximo opere colui, & cuius nomen mihi etiam post fata semper venerandum erit, id huc non facere, multò minus nodum solvēre existimo: Quod ut eò magis patescat, nec tantorum Nominum Auctoritas aliis, præsertim qui scripta Rabbinica ipsimet consulere non possunt, præjudicium creerem quæ aliàs quantum scio proprius excussa nondum est, paulò altius repetemus. Dico itaque id huc non facere, quia quicquid Judæi de gemini diei festi loco unius celebratione tradunt, non ad hanc Rabbanitarum seu Traditionariorum cum Sadducæis aut Karræis controversiam, quisnam propriè dies celebrandus sit, respicit, sed potius ad aliquid quod inter ipsos Rabbanitas usu venit, nihilque minus

nus inde sequitur, aut inferri potest, quām Pascha Hierosolymis biduō celebratum, aut agnum Paschalem per duos successivē dies illic mactatum esse.

Nam 1. pleraque hac de re passim à Judæis tradita, intelligenda sunt de consuetudine, quæ sub hodierno exsilio, postquam nullum amplius in terrâ Canaan Synedrium superest, obtinet, ubi, dum observationem φάσεως Lunæ planè abrogârunt, & ex solo calculo Astronomico, novilunia cum festis determinant, ut docet Maimon. Kidd. hachodesch cap. V. §. 2. & Selden. de Anno Civ. Jud. cap. XVII. statuerunt, ut festa, excepto tamen festo expiationis, extra Canaanem biduo celebrentur. vid. Maimon. loc. cit. § 5. seqq. & hilch Jom Toph. cap. 6. §. 14. Orach. Chajm num. 496. Buxtorf. Synag. Jud. cap. XIX. XX, & præcipue XXVI. in fin. ut & Ligtfoot H. H. ad Act. II. 1.

2. Stante adhuc templo etiam aliquando biduum celebrarunt, sed tantum in locis remotioribus ad quos nunci, qui diem à Synedrio constitutum indicarent, pertinere non possent, cùm contrà in locis, quorsum iidem pervenirent, non nisi unus dies observaretur, ut docet Maimon. in kidd. hachod. cap. III. §. 11. כל מקומות שבו השלוחין

משמעות הרו עשוין את המוערות וום אחר כתוב בתורה ובמקומות הרחוקים שאין השלוחים מגעין אליהם והוא עשוין שני ימים מפני הספק לפי שאינם יורעים וום שקבעו בו בר את החרש אי זה יום הוי:

In omnibus locis quò pertingebant nunci, non celebrabant festa nisi uno die, quemadmodum scriptum est in Lege, sed in locis remotioribus, ad quæ nunci non perveniebant, celebrabant duobus diebus, propter dubium, quia ignorabant diem quo Synedrium fixerat novilunium, quisnam ille propriè esset. conf. & cap. V. §. 4, 9. seqq.

3. Aliquando etiam fit mentio gemini diei Hierosolymis culti, verū id nullibi de Paschate, aut alio die festo affirmatur, nec vel cogitari potest, sine dubio enim

B scire

scire poterant Hierosolymis post factam novilunii determinationem, quisnam verus talium festorum dies esset, sed potius id Judæi tantum de die primo novi anni tradunt, ut patet ex Maimon. ib. cap. V. §. 7. & 8.

יום טוב של ראש השנה בזמנן שהיו קובעין על הראייה והוא רוכב בני ארץ ישראל עשוין אותו שני ימים מספק לפי שלא היה יורדען יום שקבעו בו בר' את החושש שאין חשלוחים יצאיں בית: ולא עוד אלא אפילו בירושלים עצמה שהוא מקומם בית רון פעמיים רכבות היו עשוין יום טוב של ראש השנה שני ימים שאב לא בא העירם כל יומם של שליות נוהגין היו באותו היום שמצוין לעירם קדש ולמחר קדש והואיל והוא עשוין אותו שני ימים ואב בזמנן הראייה התקני שידיו עשוין אפילו בני ארץ ישראיל אותו תמיד שני ימים בזמנן הזה שקבעו על החשבן הנה למחרת שאבilo יום טוב שני של ראש השנה בזמנן הזה מרבי סופרים:

FESTUM NOVI ANNI, tempore quo fugebant (adhus) novilunium ex φάσαι, multi incole terræ Israëliticæ celebrabant bido, propter dubium, quia ignorabant verum diem quo Synedrium fixisset Novilunium, dum nuncii non egrediebantur die festo. Neque hoc tantum, sed IN IPSA QUOQUE URBE HIEROSOLYMA, loco ubi Synedrium confidebat, sèpèis celebrarunt FESTUM NOVI ANNI, DUOBUS DIEBUS: quoniam si non venirent testes toto die trigesimo, illum diem, quo testes exspectabant, transfigebant Sacrum, & crastinum quoque Sacrum, & quia illum biduo celebrarunt, etiam tempore, quo ex φάσαι (novilunium) determinabant, constituerunt, ut illum etiam incole terræ Israëliticæ semper hoc tempore, quo illud ex calculo astronomico figunt, per biduum celebrent. Ecce (hinc) discis, quod etiam hodie dies secundus novi anni (celebretur) ex verbis Scripturarum.

4. Imprimis quoque illud probè notandum, quod ipsa illa gemini diei celebratio, non inferat, quod utroque die sacrificia festi offerrentur, sed tantum, quod utroque die

die à labore quiescerent, oblatio autem sacrificiorum, non nisi unico die peragebatur. Patet id ex Rosch hasschanā cap. IV. m. 4. loco Part. I. hujus Diff. §. XII. cit.

ואם באו העויכס מן המנחה ולמעלה נוהגנו אותו הוות קרש

ולמחר קרש: *Quod si testes (visae novae Lunæ) advenirent inde a tempore sacrificii vespertini & serius, illum diem sacrum transigebant & crastinum quoque, i. e. ut Bartenor: verba explicat נוהגנו אותו בקרושה ואסור במלאכה transigebant illum in sanctitate, NEC LICEBAT OPUS PERAGERE.* Idem adhuc distinctius inculcat Maimonid. in hilch. kidd. ha-chod. cap. III. §. 6.

בראשונה הו מקבלין ערות החדרש בכל יום שלשים פעמי שתהוו העויכס מלכוא עד בין הערכיות ונתקלקלו במקדש ולא ירעו מורה יעשו אם יעשו עליה של בין הערכיות שמא וכאו הערכיות או איפשר שיקריבו מוסף הוות אחר תמר של בין הערכיות עמדו בית דין והתקינו שלא יהיו מקבלים עדות החורש אלא עד המנחה כדי שיוחא שהות בוות להקריב מוספין ותמיד של בין הערכיות ונסכייהם: ואם הגע מנחה ולא באו עדות עושים תמר של בין הערכיות ואם באו עדות מן המנחה ולמעלה נוהגנו אותו הוות קרש ולמחר קרש ומקריבין מוסף

למחר לפי שלא הו מקדשו אותו אחר מנחה: *Antiquitus accipiebant testimonium de novâ Lunâ (visâ) per integrum diem. Aliquando autem morabantur testes, quò minus advenirent usque ad tempus inter duas vespertas. Confusi sunt hanc ob rem in templo, neque sciverunt, quid agerent, utrum holocaustum juge vespertinum immolarent, forte enim venturi essent testes, neque adeò amplius possent offerre sacrificium addititium (novilunii) post sacrificium juge vespertinum. Surrexit itaque Synedrium & constituit, ne amplius reciperent testimonium de novâ lunâ, nisi usque ad tempus sacrificii vespertini, quo spatium de die superesset ad offerenda sacrificia addititia & juge vespertinum cum libaninibus suis. Quod si appropinquasset tempus sacrificii vespertini, neque advenissent testes, offerebant*

rebant juge vespertinum, & si inde ab hoc tempore & ulterius ad-
venissent testes, illum diem sacrum transigebant & quæ ac crastinum,
SED SACRIFICIUM ADDITITIUM OFFERE-
BANT DIE CRASTINO, quia non sanctificabant præceden-
tem post sacrificium vespertinum. Omnibus his in unam sum-
mam collectis, evidens est, quæ Judæi de gemini festi cele-
bratione tradunt, nihil planè lucis argumento nostro fœ-
nerari, cùm pleraque hanc in rem memorata locum non
habuerint templo superflite, sed demum post ejus destruc-
tionem, atque adeò planè huc non faciant, stante autem
templo quædam tantum festa non in ipsâ urbe Hierosolymâ,
sed in locis ab eadem longius remotis gemino die celebrata
sint, quod non magis huc quadrat, quia de eo quod in ipsa
hac urbe accidit, quæstio est, & denique Hierosolymis
nunquam Pascha aut simile festum sed tantum novilunium,
bis ab ejusdem sectæ hominibus, inque illis quas vidimus
circumstantiis in sanctitate transactum fuerit, omnisque illa
sanctitas in quiete, minimè verò in repetitâ sacrificiorum
oblatione confiterit, quæ omnia iterum causam hanc pla-
nè non juvant, quia modus ostendi debet, quo diversis
diebus à diversis hominibus sacrificium Paschatis Hierosoly-
mis in ipso templo mactari, mactatumque dein in urbe hac
comedi potuerit.

§. IX.

*Sed quia Scriptura-
riis non minus li-*

Verum uti hæc minimè sufficiunt, ita neque opus
est, ut eò configiamus, sed certiora longè ad difficultates
has tollendas nobis supersunt.

*Verum fuit
quam Tra-
ditionari-
is, suam
sententi-
am sequi.*

Cùm enim i. magna populi pars, Karræi, Sadducæi,
Baithosæi, & quotquot traditionibus rejectis, ipsius Scriptu-
ræ sacræ verbis mordieūs inhærerent, hac in parte diver-
sum à Traditionariis sentirent, neque quicquam statuerent
Legi contrarium, dàm non minus quam Traditionarii, die
in ipsâ Lege determinato, XIVmo nempe mensis Nisan
Pascha mactarent & XVmo comedenter, quæstio autem
tantum esset, inter ipsos & Traditionarios, de determinatio-

ne

ne primi diei mensis hujus, indéque instituendâ sequentium suppuratione, nemo sanè illis jure obicem ponere potuit, quò minus secundùm Doctrinam, quám sequebantur, cùjusque fundamentum ipsa Legis verba constituebant, stata sua tempora celebrarent. Imprimis quia

2. Hi Anti-Traditionarii non de plebe homines, sed maximam partem præcipuae dignitatis Viri erant. De Saducæis sanè disertè testatur Joseph. Antiq. Lib. XIII. cap. X. eos τοὺς ἐνπόγονος locupletes, in partes suas pertraxisse, plebem autem in Pharisæorum castris militasse. Et Lib. XVIII. cap. I. ad paucos quidem (in oppositione nempe multitudinis Pharisæos sequentis) sed τοὺς μέρτοις περώτους τοῖς Αζωμασι dignitate primos, Sadduceorum Doctrinam transisse. Imò in ipsum Synedrium non minus quam Pharisæi cooptabantur, ut ex Baba Bathra cap. VIII & fine libri Megillath Taanith. (exstat locus cap. X. pag. 73. edit. Clariss. Meyeri) docet R. Mordechai in notitia karr. p. 33. & ex Joseph. Antiq. lib. XX. c. 8. (9) & Lib. XVIII. c. 2. (1) confirmat Wolfius in not. Quid, quod idem primis illis Christianismi temporibus adhuc locum habuisse, ex historiâ Evangelicâ satis patet. Synedrii sanè illius, coram quo Paulus sistebatur, membra ex parte Saducæi ex parte Pharisæi erant. Act. XXIII. 6.

Neque in Synedrium tantum cooptabantur, sed & ad summos Sacerdotum honores ipsūmque Pontificatum evehebantur, ut ex Talmude Hierosolym. Joma f. 39. 1. Actis Apostolicis & Josepho patet. Sanè ὁ ἀρχιερεὺς illum cuius Act. V. 17. mentio injicitur, sive is actu tum temporis ministrans Pontifex Cajaphas Annæ sacer, sive potius Annas ipse, qui dudum Pontificatum gesserat, fuerit, ut ex Act. IV. 6. non improbat videtur, Sadducæis annumerari debere ex locutione Ὁ ἀρχιερεὺς καὶ πάντες οἱ σὺν αὐτῷ (ἢ ὅντας αἴρεσθαι τὸν Σαδδουκαῖον) Pontifex, Omnes qui cum ipso erant, quæ est Secta Sadduceorum, satis patet, cùm, ut notum, tam Græcis quam Hebræis cum aliquo esse, sæpe non solum idem denotet, quod cum eo facere, vel partibus ejus ad dictum esse, & Pontifex, ut benè monet Illustris Scali-

ger Elench. Trihæres. cap. XVI. nisi ejusdem sectæ fuisset, eos non adhibuisset sibi, addo, aut hi præ aliis se ejus lateri adjunxissent, sed & totus nexus hujus & collatio præcedentis capitatis id satis confirmet. Quin & Annæ familiam cum Sadducæis sensisse, vel ex eo haud parùm confirmatur, quod Josephus disertè de Annæ, seu ut ipse scribit Anani hujus filio, ejusdem nominis, dein quoque Pontifice M. scribit Antiq. lib. XX. cap. IX. ‘Ο δέ νεώτερος Ἀνανος ὁ τὸν ἀρχιεροσύνην ἔφαμεν παρειληφέναι Θρασὺς ἢν τὸν πρόπον καὶ τολμητὴν διαφερόντως. αἰ-
γεσιν δὲ μετέντη τὸν Σαδδουκαῖον. Ananus autem junior, quem Pon-
tificatum accepisse diximus, ferox erat ingenio & insigniter audax;
sectam etiam sequebatur Sadducæorum.

Quis igitur dubitare potest, magni Judæorum parti, & inter illos in specie maximæ dignitatis Viris, imò ipsius Synedrii membris & Pontificibus maximis, non minus integrum fuisse dies secundùm ipsam Legis literam numerare, & secundùm hanc supputationem festa sua solemnia celebrare, quàm reliquis rationem præter & contra Legem ex traditionibus introductam sequi. Non ignoro quidem Josephum testari Ant. Jud. Lib. XVIII. cap. I. quod propter Auctoritatem quâ Pharisei pollebant apud populum ὅπους θεῖα ἐνχῶν τε καὶ ἱερῶν ποιήσεως ἐξηγήσει τῇ ἐκείνων τυγχάνεσσι, πρασσόμενα quæcumque ad religionem spectant supplicationes & sacrificia ex ipsorum interpretatione fiant. Verùm inde nihil amplius inferri potest, quàm quod, ubi res non nisi uno modo peragi poterat, id locum habuerit, ex gr. in injectione suffitū in ignem die expiationis, quàm Sadducæi in Sancto coram velo, Pharisei in ipso Sancto Sanctorum fieri volebant. v. Trigland. de Sectâ Karraor, cap. IV. aut libatione aquæ in festo tabernaculorum, quam Rabbanitæ introduxerant, sed Anti-Traditionarii non admittebant, unde cùm aliquando Pont. M. Sadducæorum partibus addictus, aquam non libaret, sed ad pedes effunderet, populus factioni Pharisæorum addictus illum malis citreis impetiisse dicitur in Gemar. Hieros. Joma l. c. Alia autem erat ratio, quando res utroque modo, ab utriusque Sectæ asseculis peragi potuit, ut in

in hoc argumento, ubi meritò unicuique parti relinquì potuit, ut suo periculo festum ex sententiâ suâ celebraret, neque alteri parti tantum in alteram juriis erat aut esse poterat, ut eam in suam sententiam cogere posset. Quod eo plus ponderis habet, si cogitemus non aqualem omni tempore Pharisæorum auctoritatem & potentiam fuisse. Certè postquam jam sub Hyrcano eorum dignitas valde immunita esset, v. Joseph. Ant. Lib. XIII. c. X. & Joseph. Gorion. Lib. IV. cap. VI. temporibus Alexandri Jannæi, ad tempus planè destructa fuit, cum contra Sadducæi rerum summa potirentur, integrumque Synedrium illis, excepto Si meone Ben Schetach, constaret, atque ipso illo tempore Karræi quoque se corroborarunt, dum se cum reliquis Traditiones rejicientibus, Sadducæis & Baithosæis conjunxerunt, licet à pestiferis eorum erroribus immunes manerent, quemadmodum hæc omnia, ipsi scriptores Rabbanitæ testantur in libro Cosr. Part. III. edit. Buxt. p. 241. & Megilath Taanith. cap. X. Servatore munus Propheticum exercente quanta Sadducæorum Autoritas fuerit, vel ex eo sa- tis patet, quo d' illorum in publicis negotiis non minus quam Pharisæorum crebra iniciatur mentio, imò ipse Herodes Antipas ejusque affeclæ, qui Herodianorum nomine in Evangelio veniunt Sadducæismum amplexi sunt, ut ex Matth. XVI. 6. & Marc. VIII. 15. post multos alios Viros Doctos colligit, Summus Philologus Jac. Rhenferdus de ficiis Judæor. hæref. §. XL. & ex Josepho quoque probabile reddit Kuhnus in Pentade IV. Quæst. Philolog. p. 8. seqq. Ipso autem illo anno Christi emortuali potiores Sadducæorum, in Synedrio rebusque ad populum & religionem spestantibus ordinandis, partes fuisse, quisquis caput Act. A- post. IV. & V. attentè animoque à præjudiciis libero perlegit, agnoscere cogetur. Ut adeò vel benè secum actum censere debuerint Pharisæi, si sibi adhuc integrum fuerit, ob plebem partibus ipsorum faventem, publica decreta se- cundum Doctrinam suam Synedrii auctoritate munire, ne cogitari autem cum ratione queat, illos impedire potuisse,

quod

quod minus Scripturarii saltem etiam, ex sua sententiâ sacra sua exercearent.

4. Verum quid pluribus argumentis opus est? cum satis certò constet, hos ne latum quidem unguem hac in parte, à Doctrinâ sua recessisse, aut Pharisæis concessisse, sed dies festos ex hypothesi sua, non minus quam Rabbanitas secundum sua præjudicia celebrasse. Quod ex iis quæ utriusque Sectæ Scriptores testantur, & lite quam sibi invicem idcirco intentant, vid. Dissertat. Poster. P. I. cap. II. §. X. & seqq. satis manifestum est. Neque enim hæc in eo consistebat, quod Traditiones Rabbanitarum & constitutiones festorum, secundum easdem factas non probarent, & tamen vel inviti sequerentur, sed quod actu illas damnarent, rejicerent, festaque tempora secundum solam Legem scriptam ordinarent. Imò si, licet aliud sentientes, in praxi tamen Rabbanitarum placitis, stante templo, semet conformassent, nulla fuisset ratio, quare dein eundem morem non in hunc diem usque servassent, sed potius se à reliquis planè separare, immaneque illud odium, quo etiamnum Iudæi Traditionarii Karraeos prosequuntur, & ferè magis quam ipsos Christianos detestantur, in capita sua concitare maluerent. Quid quod Anti-traditionarios non solùm ipsos hac ratione Neomenias, indéqué dependens festorum solemnium tempus determinasse, sed & ipsum Synedrium inducere annulos esse, ut & idem ficeret, totusque ad eum populus eodem secum tempore illa celebraret, vel ex eo colligi potest, quod in Rofsch haffchana cap. II. m. 1. loco Part. I. Cap. II. §. XII. à nobis citato, & à Maimon. paulò überius in kidd. hachod. cap. II. §. 2. refertur his verbis:

בראונה מקבלין עלות החרש מכל ארכ' מישראל -
משקלקו האפיקו והיו שכורין אنسוּת להעיר שראו והם לא ראו התקינו שלא יקבלו בורון עלות החרש אלא מעורין
שמכירין ביתרין אותן *Antiquitüs acceperunt testimonium de novâ Lundâ à quocunque Israëlista: - - ex quo Epicurei (i. e. ut in Gemar. f. 22, b, & à Jom. Tobh ad Rofsch haffchana l. c.*

I. c. explicatur Baithosæi) perverse egerunt & Viros conduixerunt, ut testarentur se vidisse novam Lunam, quam tamen non viserant, ordinaverunt, ne Synedrium amplius accipiat testimonium de novilunio, nisi à testimoniis eidem notis. Ubi nolumus decidere utrum Rabbanitæ jure & verè hoc crimen falsi Paithosæis impingant, cum nobis sufficiat inde perspicere, eos ipsis Rabbanitis fatentibus quæsivisse Synedrium in sententiam suam pertrahere.

Eodem refert Celeb. Burmannus p. 103. quod traditur in Rosch hasschana cap. II. m. 2. & apud Maimonid. in kidd. hachod. cap. III. §. 8. Antiquitus Synedrium ignibus passim in montibus accensis, significasse quaquaversim Judæis diem Novilunii à se constitutum, sed ex quo Cuthæi perfidè egissent, flamas accedentes alieno tempore, decretum conditum esse, ut nuncii ad diem hunc significantur in posterum emitterentur. Verum ex eo tamen, id primâ fronte non adeò apodicticè demonstrari posse videatur, quia tam in Mischna quam Gemara & apud Maimonid. semper tantum Cuthæorum seu Samaritanorum non Sadducæorum aut Karræorum, ut Cl. Burmannus loquitur, sit mentione, quamvis tamen etiam fieri possit, ut sub hoc nomine Sadducæi, Baithosæi Karræi aut quicunque Anti Traditionarii intelligentur, cum nihil frequentius sit in scriptis Rabbinorum quam ut ex invidia illos Cuthæorum nomine appellant, quemadmodum & Raschi in priori Talmudis editione Cuthæos per Baithosæos interpretatus est, ut ad locum Mischn. cit. monet Jom Tobh, conf. Trigland. de Secta Karræor. cap. II. At licet etiam propriè dicti Cuthæi seu Samaritani intelligentur, ut Jom Thob & plerique alii volunt, & circumstantiæ flagitare potissimum videntur, rectè tamen locus huc applicari potest. Ut enim Samaritani Judæorum sacra amplexi erant, ita dudum in controversiâ circa traditiones, in Sadducæorum eorumque qui soli Legisliteræ inhærebat, partes transierant.

והכווי היז באותם הימים אחריו הזרקין Samaritani illis temporibus secuti sunt Sadducæos, scribit Josephus Gorionides Lib. IV. cap. VI. unde &

C Zadok

29

30

31

Zadok & Baithos in annalibus templi II. dicuntur Samaritarum hæresiarchæ , ut ex Vossi Appendice Responsi ad Schotanum observat Breithauptius in not. ad Joseph. l.c. cùmque Zadok & Baithos aliquando urbe Hierosolyma ejicerentur , adjunxerunt se Samaritanis in monte Garizim , & communem cum illis Metropolim Samariam constituerunt, ut monet R. Mordechai in notit. Karr. p. 37. unde & Saducæ & Samaritani sæpe numero pro iisdem habitu fuerunt, docente Cel. Relando Dissert. Miscell. P. II. p. 20. quemadmodum & in hunc diem usque , cum Karræis in iisdem faciunt, in quibus hi à Judæis Traditionariis dissentient, nam nec ignem in Sabbatho & diebus festis accendunt , nec iisdem *oruovis* exerceant, & quinquaginta dies usque ad festum Pentecostis non à die postriduano festi, sed Sabbathi naturalis numerant , prouti ipsi hæc omnia testantur Epistolâ I. ad Job. Ludolf. à Cellario editâ p. 3. & 4. & not. p. 23. quæ omnia præcipua quoque Doctrinæ Karræorum capita consti- tuunt. vid. Trigland. cap. IX. & R. Mordechai notit. karr. p. 148. & ib. not. Wolfi, & præcipue Reland. Diss. cit. p. 91. seqq. quin & in ipsâ *vesperâ Paschatis* se sacrificare *cum Sol occidit*, affirmant in literis ad Illustrem Scaligerum , quod idem est tempus à Karræis observatum , & de quo phrasin Scripturæ *inter duas vesperas* explicant. vid. Meier. de Fest. Hebr. Part. II. sc. XII. §. XXXII. Imò memorabile est, quod de Cuthæis his disertè narratur in Talmude Hierosol. eos aliquando eodem cum Judæis die festum azymorum celebraffe. Sic enim legitur in Pesachin. f. 27. col. 2.

כותיב כל זמן שעשוין מצה עס ישראל נאמנוין הן על בישור חמץ אמר אין שעשוין מצה עס ישראל אין נאמנוין

Cuthæi (Samaritani) omni tempore , quo festum Azymorum celebrant simul cum Israële fide digni sunt circa abolitionem fermenti. Si verò simul cum Israële, festum Azymorum non celebrent, fide circa abolitionem fermenti digni non sunt. Quod si igitur Samaritani in aliis æquè ac præcipue in tempore festorum solemnium Scripturariorum doctrinam secuti sint,

&

& aliquando unà cum Rabbanitis festum Paschatis celebrant, aliquando verò non, dubitari nullo modo potest, quin idem à Scripturariis, quorum sententiam sequebantur, quoque factum sit.

§. X.

Hæc si ritè à nobis deducta sunt, meritò denuò concludimus, neminem Servatori vitio vertere potuisse, quod in mactando & comedendo agno Paschali, cum innumeris aliis in populo Judaico, & maximè cum præcipuæ dignitatis Viris ficeret, nihilque Sacerdotes morari potuisse, quod minus victimam Paschalem, non fixo licet à Synedrio tempore, mactandam ab ejus, cuius ceteroquin doctrinam & vitam vehementer improbabant, discipulis reciperent. cùm hac in parte inter ipsos Sacerdotes, imò qui quondam Pontificatum gesserant, nec non inter ipsa Synedrii membra, duces haberet, horumque doctrinam atque exemplum sequeretur. Neque dubitari potest, quia semet illis potius, quam Traditionariis conformaverit, quia eorum sententia non solum literæ Legis conveniebat, altera autem Rabbinarum, traditionibus humanis, à Servatore tam verbis quam factis saepius rejectis, ut supra §. V. & VI. vidimus, nitebatur, sed & ex festi Pentecostis celebratione, mox à discipulis facta, evidentissimum est, hos cum Servatore Scripturariorum sententiam atque instituta, in talibus omnino secutos esse. Lex enim duo festa Paschatis & Pentecostes ita conjungit, ut מחרת השבת à die postriduano Sabbathi jubeat septem integras hebdomadas seu XLIX. dies numerari, sequenti autem quinquagesimo celebrari festum Pentecostes, Lev. XXIII. 15, 16. Sed de voce Sabbathi hic maxima iterum inter Traditionarios & Anti-Traditionarios est controversia, ut supra jam tetigimus, dum priores per eam, non proprie dictum Sabbathum, sed primum diem festi Paschatis intelligunt, unde uti hic in varios dies hebdomadis incidere potest, ita & ex eorundem sententia festum Pentecostes: Postiores autem eam de Sabbatho propriè

Illatio ex
anteceden-
tibus.

29.

30.

31.

C 2

proprie

propriè dicto hebdomadali interpretantur, unde illis dies postriduanus Sabbathi semper est primus hebdomadis, seu uti nos loquimur, dies solis aut Dominicus, quare & dies ab hoc quinquagesimus necessariò iterum est idem primus hebdomadis seu Dominicus; unde & festum Pentecostes Scripturariis semper hoc die, neque ullo unquam alio celebratur. vid. Trigland. cap. IV. Meier, de festis P. II. c. XIII. & Chagiga. cap. II. m. 4. atque ibi Bartenor: Jam verò cùm Dissertat: Priori ostenderimus, Servatorem cum discipulis, vesperâ seu nocte quæ diem quintum hebdomadis sequebatur, & initium constituebat diei sexti seu Veneris, Pascha suum comedisse, hinc primus dies festi illis erat dies Veneris, ejus autem postriduanus, Sabbathum, cùm contra, ut ibidem argumentis omni exceptione majoribus demonstratum deditimus, Judæi Synedrii sententiam sequentes, integro die serius id facerent, atque adeò primus dies festi secundum eorum computum Sabbathum, & dies postriduanus ejus, primus hebdomadis esset. Hinc si Servator & discipuli ejus pro more Rabbanitarum festa tempora supputassent, festum Pentecostes illis hoc anno quoque in diem Sabbathi incidere debuisse. At eadem Dissertat. Priori cap. V. §. 5. evicimus, Pentecostes festum à discipulis Iesu Hierosolymis mox post ejus adseptionem in cœlos celebratum, Act. II. incidisse in diem Dominicum seu primum hebdomadis, ergo iidem illud necessariò non secundum sententiam Rabbanitarum sed Anti-Traditionariorum, celebrare debuerunt. Imò quemadmodum in tota narratione Lucæ Act. II. nullum vel minimum vestigium occurrit, unde colligas Judæos tum temporis diversis diebus festum Pentecostes egisse, sed potius omnia ita sunt comparata, ut cogitari debeat, totam gentem, & cum ea quoque discipulos in tempore festi hujus conspirasse, ita solus hic casus est, quem h̄ic ostendimus, quando scilicet Rabbanitis dies primus festi Paschatis incidit in Sabbathum, quo id contingere potuit, neque præter eum ullus alias datur, tum enim illis dies postriduanus æquè ac quinquagesimus, dies primus.

primus hebdomadis fuit, cùmque idem Scripturariis semper postriduanus Sabbathi esset, iisdem quoque quinquagesimus in eundem incidere debuit. Quod ritè ad animum revo- catum universo arguento nostro & sententiæ quam tuiti fumus, non parum roboris addet.

CAP. II.

§. I.

Satisfecimus argumentis circa quæstionem juris contra Transitus sententiam nostram adferri solitis, quæ restant tria ad Argu- reliqua circa quæstionem facti, & à nobis proposita menta con- Part. I. Dissert. Posterior. cap. I. §. IV. V. VI. jam facile transstram quoque solvi poterunt. Desumpta illa sunt ex variis Scri- pturæ locis quæ arguere videntur, totum populum Judaicum sionem circa qua- codem cum Servatore tempore Pascha mactasse & comedisse. facti.

§. II.

Huc pertinet ut loc. cit, §. IV. vidimus, quod Matth. Argumenti XXVII. 15. Marc. XV. 6. & Luc. XXIII. 17. dies, quo Ser- vator in crucem actus est, appellari videtur ἑστὴν festum Matth. narrā δὲ ἑστὴν in festo, uti plerique hanc locutionem reddunt, XXVII. solebat Procurator dimittere unum captivum &c. cùm tamen, si 15. Ec. fo- lutio. non omnes Judæi nocte præcedenti Pascha æquè ac Servator comedissent, sed sequenti demum, nondum ἑστὴν festum fuisset, neque hic Sermo esse queat, de festo à Servatore solo cum disci- pulis, sed universo populo celebrato. Verùm licet ad illud ultimum reponi queat, falli qui ita argumentantur, dum ex eâ quam tuiti sumus sententiâ, Servatorem solum cum discipulis nocte præcedenti Pascha comedisse censem, cùm tamen ostenderimus, idem à magnâ populi & Procerum multitudine simul factum esse, concedo tamen minimè hic de festo à Servatore solo, aut, ut lubens addo, etiam ab Anti-Tra- ditionariis celebrato agi, at inde tamen nihil sententiæ no- stræ noxiū elici potest. Nihil enim notius est, quam 30.

C 3

29.

31.

31.

τὰ cum nomine temporis in quarto casu constructum, Græcis non semper ~~deintinus~~ ipsum illud tempus præcise denotare, sed sæpe idem dicere quod, circa illud tempus, Sic Rom. IX. 8. ΚΑΤΑ' ΤΟΝ ΚΑΙΡΟΝ τοῦτον ἐλευσομας, καὶ ἔσαι τῇ Σάρρᾳ νιὸς CIRCA HOC TEMPUS veniam ¶ Sarre erit filius. conf. Interpr: Alex. Gen. XVIII. 10. & A&t. XII. 1. XVI. 25. Atque ita eandem phrasin, & quidem in relatione ad idem festum Paschatis adhibet Josephus Antiq. lib. XIV. cap. II. Τούτων, scribens, δέ γινομένων ΚΑΤΑ' ΤΟΝ ΚΑΙΡΟΝ ΤΗΣ ΣΤΩΝ ΑΖΥΜΩΝ 'ΕΟΡΤΗΣ, ἢν φάσκω λέγουεν. Hæc autem cùm acciderent CIRCA TEMPUS FESTI AZYMO RUM, quod Pascha appellamus: ita enim verba reddenda, non ut Hudsonus fecit, dum ageretur Azymorum festum, quia Josephus mox addit, quod post hæc festum Paschatis adhuc instaret. Ut adeò hoc sensu locutio commodè explicari queat circa festum; nec obstat quod Pilatus apud Johannem XVIII. 39. dicit ἐν τῷ πάσχαι in Paschate nam & ἡ apud hebræos eodem sensu sæpe usurpat, ut Exod. XII. 29. וַיְהִי בְּחֵצֶת הַלִּילָה & fuit circa medium noctem & XXIII. 16. quod & ἐν Græcorum aliquando imitatur, ut Efr. IX. 5. וּבְמִנְחֹת הַעֲרָבָה קָמָת ¶ circa tempus Sacrificii vespertini surrexi, quod Interpr. Alexandrini κατὰ πόδα reddunt, καὶ ἘΝ θυσίᾳ τῇ ἐσπερινῇ ἀνέσην. Vel potius, quia quartus decimus Nisan parasceve Paschatis erat, eoque & agnus mactabatur & omnia ad festum instans præparabantur, quin & Judæi eo jam panibus azymis vescebantur, hinc quando in genere festi hujus fit mentio, nonnunquam ipsa Parasceve illi annumeratur. Hoc sensu Josephus Antiq. Lib. II. Cap. XV. disertè octo dies festo huic tribuit: ὅθεν εἰς μηνὸν τῆς τότε ἑβδομής ὁρτὴν ἀγομένη φένεται ἐκτῶ, τὴν τῶν αζύμων λεγομένην. Unde in memoriam illius inopie, festum agimus, per octo dies, quod appellatur Azymorum. Cum tamen alias excluso illo die, Josephus non nisi VII. dies festo huic tribuat. vid. de B. J. Lib. III. cap. X. Quemadmodum & hanc ob causam, ipse dies XIV. Nisan ἦ πρώτη τῶν αζύμων primus Azymorum dicitur Matt. XXVI. 17. ¶

& Marc. XIV. 12. & Judæi vocem **רָאשׁוֹן** Exod. XII. 15. **רָאשׁוֹן** הראשוֹן תשבתו שאר מטבחיכּ
tantum die PRIMO eliminabitis fermentum ex ædibus vestris, de eodem interpretantur. vid.
 Pesachim f. 5. i. licet nonnulli vocem **רָאשׁוֹן** hic non per pri-
 mum, sed eum qui est **לִפְנֵי** השבע ante septem dies azymorum, reddant vid. Pesach. I. c. & ibid. Ralchium, ut & ad
 Exod. I. c. Quod autem eodem sensu generaliori ut dies XIV.
 seu parasceve includatur, vox Paschatis, quâ Pilatus apud
 Johannem utitur, quoque sumi queat, eo minus in dubium
 vocari potest, quia Deus ipse hunc in specie diem, ob-
 agnum inter duas vespertas mactandum, disertè Pascha ap-
 pella, idque distinctè à sequentibus septem diebus festi
בְּחַרְשׁ הראשוֹן **בְּאַרְבָּעָה עֶשֶׂר וּמִלְחָרֵשׁ בֵּין**
הָעֲרָבִים פֶּסַח לְוָחוֹה : **וּבְחַמְשִׁי עֶשֶׂר וּמִלְחָרֵשׁ** וְהַזְּהָבָה
מִצְוֹת לְיְהוָה שְׁבָעָה יְמִים **מִצְוֹת** **הַאֲכָלוֹן** *Mense primo die XIV.*
mensis inter duas vespertas Pascha est Iehovæ. Die autem XV.
mensis hujus festum Azymorum Iehovæ, septem diebus azyma come-
datis: ut & Num. XXVIII. 18. Quod sequitur Josephus de
 B. I. Lib. VI. cap. IX. ὃ δὲ ἐνσάσις ἑορτῆς, πάρχα καλεῖται
 καθ' ἦν Θύσιαι μὲν ἀπὸ ἐννέατης ὥρας μέχετεν δεκάτης, Illi au-
 tem, instantे festo, Pascha (illud) appellatur, quo à nonā horā
 ad undecimam vias offerunt. Atque hinc & Ant. lib. III.
 cap. X. Festum Azymorum septem dierum, die XV. excipere diem
 Paschatos, scribit. Quare & tota illa solemnitas diei XIV. &
 sequentium eidem æquè ac diversis Evangelistis locc. citt. ali-
 quando in genere festum, aliquando & Pascha appellatur. v.
 Antiq. Lib. II. Cap. XI. Lib. XI. Cap. IV. & Lib. XVII.
 Cap. IX. Quid mirum igitur est, si Evangelistæ pro more
 gentis suæ eodem sensu vocem ἑορτῆς latius inclusio ipso die
 XIV. adhibeant, atque ita præpositione **κατὰ** distributivè,
 ut plerique, contendunt acceptâ, dicere velint, singulis
 annis tempore hujus solemnitatis unum captivum dimitti
 solitum esse? Quid mirum si & Pilatus ex noto vocis usu
 tam latè quoque ipse jam die XIV. labente dixerit, *Vos ha-*
betis consuetudinem, ut unum vobis in Paschate dimittam? præ-
 cipue

29

30

31

cipuè cùm ipsi minimè ignotum esse poterat, multos jam præteritâ nocte agnum Paschalem comedisse, atque illis aded jam in omni emphasi festum hoc agi. Vel denique, si ne in eo adhuc quis acquiescere velit, quæ quæso difficultas fore? si dicamus Pilatum, tam opportunâ sibi oblatâ occasione, die ipsum festum præcedente, populi sententiam rogasse, quem sibi dimitti vellet, illâ autem cognitâ ipsam dimissionem (si quis eam tam arctè diei festo alligatam existimet, ut ne uno quidem die anticipari potuerit) in festum ipsum differre voluisse?

§. III.

Argumenti Quod sequitur argumentum §. V. ex Matth. XXVI. 2.
V. ex ubi Servator biduo ante Pascha dicit, *nostis post duos dies*
Matth. *fore πάσχα*, longè minoris est momenti. Tota enim difficultas
XXVI. 2. quam inde eliciunt contrariæ sententiæ Patroni, hoc niti-
17. & Luc. tur præjudicio, quod existiment ex mente illorum, qui
XXII. II. servatorem die citius Pascha comedisse volunt, sequi, Ser-
12. solutio. vatorem hic aliquid egisse planè insolitum cujus neminem
 in populo socium habuerit, imò quod discipulis antea
 ignotum fuerit. Cùm autem fusè ostenderimus, ipsum hac
 in parte omnes, qui rejeçtis traditionibus, soli Legis literæ
 inhärerent, secutum esse, cùmque idem in aliis quoque
 circumstantiis fecerit, certè discipuli ne cogitare quidem
 aliud potuerunt, quam ipsum idem & in hoc casu facturum
 esse, unde uti ipse non de alio quam Paschatis à se cele-
 brandi tempore loqui ita nec discipuli ejus verba de alio
 accipere potuerunt, quemadmodum & hac mente *primo die Azymorum*, eo quo Paragr. præced. visum sensu, & quidem
 secundùm supputationem, quam Servator & omnes Anti-
 traditionarii sequebantur, rectè Discipuli eum interrogar-
 runt com. 17. ubi sibi Pascha parari velit. Cùmque sine
 dubio Servator apud neminem nisi notum & partibus suis
 faventem, eodemque imprimis tempore, sacrum hoc so-
 lemne celebraturum, Pascha comedere voluerit, mirum
 non est, si is in proprium aut cognitorum usum cœnacu-
 lum

Ium jam hunc in finem stratum paratumque habuerit, quod Servator sibi per discipulos ad tempus expetere, & ab hospite ipsi concedi, discipulisque ostendi potuerit Luc.

XXII. II. 12.

§. IV.

Ultimum argumentorum sententiae nostrae opposito Solutio Ar-
rum, Part. I. §. VI. omnium infirmissimum est, quando gum. VI.
Luc. XXII. 7. dicitur, venisse diem panum Azymorum, quo ex Luc.
XXII. 7. oportebat Pascha mactari. Unde concludunt, qui secus sen-
tiunt, Christum quia ipso hoc die Pacha suum mactari
curavit, ergo id fecisse eodem quo à reliquis Judæis idem
fieri solebat & debuit. Rectè enim inde quidem conclu-
ditur id debuisse hec die ab omnibus reliquis Judæis fieri,
non verò actu tum temporis quoque fieri solitum fuisse,
quia jam supra ostendimus, post introductas traditiones,
nonnullos quidem secundum Legis literam, alios verò se-
cundum Doctrinam oralem dies supputasse, indeque sepe
festa diversis diebus, à diversæ sectæ aseclis celebrata
esse. Ut adeò licet Bynæo de morte I. C. lib. I. cap. I.
§. XX. iubentes concedamus, verba non necessariò, fa-
ctum Christi & judaicæ gentis (seu potius anti-traditionario-
rum & traditionariorum) sibi opponere, sed referri ad jus & man-
datum divinum, tamen etiam inde non pateat eadem sibi
non opponere, multò minus Christum & omnes Judæos
codem die Pascha actu comedisse. Non enim infrequens
est, ut verbum ἐδει de eo quod fieri oportebat oppositè ad illos
à quibus id non fit usurpetur. Sic immisericordi illi Servo
exprobrabat Rex in parabolâ, Matth. XVIII. 33. οὐκ ἐδει
καὶ σε ἔλεησαι τὸν σύνδουλόν σου anno oportebat τέ quoque miser-
eri conservi tui. Et Act. XXVII. 21. ἐδει μὲν ὁ Ἀρρενος, πε-
θανεχόσαντά μοι μὴ ἀνάγεσαι απὸ τῆς κρήτης. Oportebat
qui em, οὐ Virt, mibi obedientes, non provehiri à Cretâ. Atque
adeò, quemadmodum ex ipsâ solâ phrasî non argumenta-

mur

29.

30.

31.

mur, ita tamen etiam in eâ nihil roboris pro contraria sententiâ deprehendimus, quin potius cùm aliunde constet, Christum cum omnibus Anti traditionariis conyenienter juri & mandato divino, die citius Traditionariis Paschalem agnum immolasse, rectissimè existimamus paucis tantùm mutatis Acutissimum Scaligerum Emendat. Temp. Lib. VI. verba Lucæ de eo quod Christus (addo cum omnibus Anti traditionariis) convenienter Legi divinæ fecit, accipere, optimèque subjungere, sed Judæi (scilicet reliqui seu Traditionarii) ~~quidem postridie~~, ~~sed non utique, n̄ ēdei Ævædæ, die quo oportebat mactari.~~

§. V.

Sic tandem maximi momenti quæstionem propitio Numine excussum, nec piget nos illi paululum immoratos esse, cùm inde ferè à primis Christianismi seculis ultrè citrōque agitata fuerit, quare operam abundè pensatam esse existimabimus, si quid, ad litem tandem dirimendam, adferre licuerit. Quâ de re uti Lectori judicium relinquo, ita colophonis loco, utriusque sententiæ momenta unâ cum responsionibus velut in brevi tabellâ ob oculos ponam.

Argumenta pro sententiâ, quam defendimus, quod Christus integro die citius illis qui Synedrii constitutionem sequentur Pascha comedit. Differ-

tat. I.

I. Quia Judæi sequenti die noluerunt in prætorium ingredi ne polluerentur, sed Pascha comedenter.

rent. Joh. XVIII. 28. vid. Dissert. i. cap.

I. §. I.

Exceptio: Pascha hīc non agnum Paschalem,
sed sacrificia eucharistica denotat.

Responso. Falsissimum hoc, neque unquam
vox hæc, multò minus integra phrasis, vel in
sacris vel apud Judæos ita usurpatur. ibid.

§. II--XVI.

II. Quia Joh. XIX. 14. dies quo Servator in crucem
actus, Parasceve Paschatis dicitur. cap. II.

§. I. & II.

Exceptio: Non dicitur Parasceve Paschatis,
quia illo siebat præparatio ad Pascha, sed ad
Sabbatum, incidebat autem in festum Pa-
schatis.

Responso, & hoc significationi phraseos, &
perpetuo usui, nec non scopo Johannis re-
pugnat. §. III-VII.

III. Quia Sabbathum, quo Servator in sepulchro
quievit Joh. XIX. 31. magnus dies Sabbathi
audit, cuius nulla ratio, nisi quia is pleris-
que Judæis, qui nocte dénum præcedent
Pascha comedérant, erat primus festi Azy-

morum, geminâque adeò sanctitate insignis.
Cap. III. tot.

IV. Quia Servator Paschales epulas celebravit *ante festum Paschatis* Joh. XII. I. plerorumque scil. Judæorum. Cap. IV.

Exceptio 1. Verba hæc non referenda ad cœnam Christi.

Responsio: non convenit hoc nexui orationis nec circumstantiis §. II. & III.

Exceptio 2. *festum illud Paschatis* respicit diem sequentem, exclusâ vesperâ præcedenti.

Responsio: hoc Lev. XXIII. 5. & rationi nubis belli merandi dies apud Judæos repugnat. §. IV.

Exceptio 3. $\pi\varrho\tau\eta\varsigma\acute{\iota}\sigma\tau\eta\varsigma$ est $\pi\varrho\acute{\iota}\sigma\tau\eta\varsigma$ prior festi pars.

Responsio: 1. Hic sensus particulæ $\pi\varrho\tau\eta\varsigma$ non est perpetuus, 2. nec in voce $\pi\varrho\acute{\iota}\sigma\tau\eta\varsigma$ demonstratus, 3. nec $\pi\varrho\tau\eta\varsigma$ in compositi cum nominibus temporis hunc sensum habet, sed tempus præcedens denotat, 4. nec $\pi\varrho\tau\eta\varsigma\acute{\iota}\sigma\tau\eta\varsigma$ & $\pi\varrho\acute{\iota}\sigma\tau\eta\varsigma$ idem significant. §. V.

V. Quia si Synedrium cum affeclis suis jam cum Servatore Pascha comedisset, dies Veneris,

s. 1

qui

illis primus festi fuisset, qui tot opera ut capti-
vitatem Servatoris, deductionem, examen,
opprobria, traditionem &c. non permisisset.

Cap. V. §. I.

Exceptio: nullâ festi religione teneri, qui in
Servatore omnia jura violabant.

Responsio: Quò magis impiii Judæi, eò exa-
-ctius externa Legis præcepta servabant,

§. II.

VI. Imprimis quia primo festi die nullum judicium
instituere, multò minus ultimum supplicium
irrogare secundum Judæorum statuta licebat.

§. III. IV.

VII. Quia Festum Pentecostes Judæorum & Chri-
stianorum Act. II. incidit, in diem primum
hebdomadis. Ergo Rabbanitis primus dies
Paschatis incidit in Sabbathum. §. V.

VIII. Quia sic Antitypus eodem tempore immolatus,
quo typicus agnus à plerisque Judæis in tem-
plo. §. VI.

IX. Quia ipsi Judæi testantur Jesum in Parasceve Pa-
schatis cruci suffixum esse. §. VII.

D 3

Argu-

- 300 -

Argumenta pro contrariâ sententiâ Dissertat. Posterior. P. I. cap. I. cum solutionibus.

I. Lex ipsa diem XIV. Nisan mactationi, XV. co-
mestioni constituit.

Responso: Utrumque & hic ab omnibus obser-
vatum, sed ob variam novilunii constitutio-
nem dies XV. Scripturariorum fuit tantum
XIV. Traditionariorum, Dissert. Posterior,
Part. I. cap. II. §. I--XIII.

II. Servator sic Judæis causam offendit & accusa-
tionis violatæ Legis dedisset.

Responso: nullo modo, quia idem omnes fa-
ciebant Scripturarii, nec Traditionariorum
offensionem metuebat. P. II. cap. I. §. I--VI.

III. Non receperunt Sacerdotes agnum ejus in tem-
plo.

Responso: Repudiare illum non poterant, quia
non ipse solus, sed omnes Scripturarii & præ-
puæ dignitatis Viri idem faciebant. ib. §. VII.

Nova instantia. Synedrii auctoritas non patie-
batur,

D 3

batur, ut quis diem ab illo determinatum negligeret.

Responsio. Non hæc tanta erat, ut idcirco Scripturariis libertas adimeretur festa ex sententiâ suâ celebrandi §. VIII. IX. X.

IV. De die Veneris quo Servator condemnatus est dicitur καθ' ἑορτὴν & ἐν πάσχᾳ Matth. XXVII. 15.
& Joh. XVIII. 38.

Responsio: 1. κατὰ & ἐν ut Hebr. 7 aliquando denotat circa. 2. Festum & Pascha nonnunquam de totâ solemnitate, inclusâ parasceve usurpatur. 3. Pilatus ante festum interrogare potuit, quem in festo dimitti vellent. ibid. §. II.

V. Servator Matth. XXVI. ait: post duos dies fore

Pascha.

Responsio: Non de Rabbanitarum, sed suo & Scripturariorum Paschate loquitur. ibid. §. III.

VI. Illo die quo Servatoris Pascha ma<statum, mactari illud oportebat Luc. XXII. 7.

Responsio: Rectissimè, sed quo à Rabbinitis id factum, illud fieri non oportebat. ibid. §: IV.

F I N I S.

29.

30.

31.

F I N I S

<http://purl.uni-rostock.de>

/rosdok/pnn877026769/phys_0046


DFG

- AI. Illo die das Schatzamt Tropis eingezogen, was
König Willibald oboreipst. Linc. XXII. 5.
- Al. Regnante: König Willibald, was das Rappinie ist
Sachsenstiftorum Besitzerei wodurc. Ibid. 5.
- Al. Regnante: Non de Rappinie, sed non
Rappinie. Ibidem.
- V. Sebasior Misp. XXII. sic. Non quod nisi fide
Ibid. XL.
- XV. Deo gratias Misp. XXII. sic. Non quod nisi fide
Rappinie. Ibid. 5.
- XVI. Deo gratias duo Servas de coquimuris et dicit
Non quod nisi fide ex fidelis ex fidelis. Ibid. 5.
- XVII. Deo gratias duo Servas de coquimuris et dicit
Non quod nisi fide ex fidelis ex fidelis. Ibid. 5.
- XVIII. Deo gratias duo Servas de coquimuris et dicit
Non quod nisi fide ex fidelis ex fidelis. Ibid. 5.
- XIX. Deo gratias duo Servas de coquimuris et dicit
Non quod nisi fide ex fidelis ex fidelis. Ibid. 5.
- X. Deo gratias duo Servas de coquimuris et dicit
Non quod nisi fide ex fidelis ex fidelis. Ibid. 5.
- XI. Deo gratias duo Servas de coquimuris et dicit
Non quod nisi fide ex fidelis ex fidelis. Ibid. 5.
- XII. Deo gratias duo Servas de coquimuris et dicit
Non quod nisi fide ex fidelis ex fidelis. Ibid. 5.
- XIII. Deo gratias duo Servas de coquimuris et dicit
Non quod nisi fide ex fidelis ex fidelis. Ibid. 5.
- XIV. Deo gratias duo Servas de coquimuris et dicit
Non quod nisi fide ex fidelis ex fidelis. Ibid. 5.
- XV. Deo gratias duo Servas de coquimuris et dicit
Non quod nisi fide ex fidelis ex fidelis. Ibid. 5.
- XVI. Deo gratias duo Servas de coquimuris et dicit
Non quod nisi fide ex fidelis ex fidelis. Ibid. 5.
- XVII. Deo gratias duo Servas de coquimuris et dicit
Non quod nisi fide ex fidelis ex fidelis. Ibid. 5.
- XVIII. Deo gratias duo Servas de coquimuris et dicit
Non quod nisi fide ex fidelis ex fidelis. Ibid. 5.
- XIX. Deo gratias duo Servas de coquimuris et dicit
Non quod nisi fide ex fidelis ex fidelis. Ibid. 5.
- X. Deo gratias duo Servas de coquimuris et dicit
Non quod nisi fide ex fidelis ex fidelis. Ibid. 5.
- XI. Deo gratias duo Servas de coquimuris et dicit
Non quod nisi fide ex fidelis ex fidelis. Ibid. 5.
- XII. Deo gratias duo Servas de coquimuris et dicit
Non quod nisi fide ex fidelis ex fidelis. Ibid. 5.
- XIII. Deo gratias duo Servas de coquimuris et dicit
Non quod nisi fide ex fidelis ex fidelis. Ibid. 5.
- XIV. Deo gratias duo Servas de coquimuris et dicit
Non quod nisi fide ex fidelis ex fidelis. Ibid. 5.
- XV. Deo gratias duo Servas de coquimuris et dicit
Non quod nisi fide ex fidelis ex fidelis. Ibid. 5.
- XVI. Deo gratias duo Servas de coquimuris et dicit
Non quod nisi fide ex fidelis ex fidelis. Ibid. 5.
- XVII. Deo gratias duo Servas de coquimuris et dicit
Non quod nisi fide ex fidelis ex fidelis. Ibid. 5.
- XVIII. Deo gratias duo Servas de coquimuris et dicit
Non quod nisi fide ex fidelis ex fidelis. Ibid. 5.
- XIX. Deo gratias duo Servas de coquimuris et dicit
Non quod nisi fide ex fidelis ex fidelis. Ibid. 5.


Index.


1. Io. Henr. Schmid (Prof. I. F. Baumgarten) de Tentatione Christi in Deserto. Matth. VI. 1 fgg. Marc. 1. 12 fgg. Luc. 11. 5 fgg.
2. Phil. Laur. Léon (Prof. D. N. Wolf) de Integritate S. Codicis ex Matth. V. 18.
3. Phil. Melch. Süßer (Prof. eccl.) de Cod. Augu.
4. F. D. Michaelis de Battologia ad Matth. VI. 7.
- * 5. Io. Godofr. Angerus de Antiquitate Sogodopias in oratione Domini. ad Matth. VII. 13.
6. Chr. Sig. Georgius de Uno Incipio ad II. Matth. VI. 24-34. & Luc. VII. 11-17.
7. Io. Georg. Michaelis de Senfu spirituali Tempestatibus maris à sp. sedata ad Matth. VIII. 28-29. Marc. IV. 35-41. Luc.
8. Chr. Lud. Stollus de Christianis fontane Baptista majoribus. ad Matth. XI. 11.
9. Fr. And. Eulali in Parabolam Matth. XX. 1-16. de Operariis in Vine.
10. Io. Mart. Chaldeanus de Cardine Legis & Prophatarum. Matth. XXII. 40.
11. Io. Sac. Greiff de Oraculo Xpi contra pericantes culicem & deglubentes camelum ex Matth. XXIII. 24. f
12. Andr. Kunadus (Prof. F. G. Neumann) de Pacionio Euangelii ante dicem expromi folenniter iterando ex Matth. LXIV. 14.
13. Laur. Reinhardi Observationes in Euangelium S. Marii.
14. Andr. Chr. Fabianus de Ignoratione Scripturae ab Potentia Dei, cui causa errorum ex Marc. XII. 29.)
15. Laur. Reinhardi Off. in Euang. S. Lucie. (Partim II. in fgg. off. habet Tercio. II. S. B. D. T. n.)
16. Io. Gottl. Sachmanni Speculum observationum in Dedicationem Euangelii fundam. Lucam.
17. a. Chr. Matth. Hoffm Concertatio ad verba Xpi Luc. XIV. 23. Compelle ad intrandum.
b. _____ ad Matth. XIII. 24. fgg. de Zizaniis non cedelis.
18. Joseph. Henr. Pries de verbis confortatoris angelica. quo justa Luc. XXII. 43; patienti Servatori obijit.
19. Laur. Reinhardi Off. in Euang. S. Joannis
20. Anton. Matth. Chamachet. Applicatio principiorum quoniam Logies & Metaph. ad Finem de Persona Xpi et dogmata Lutheri
reborum Joh. I. 14. & Apoyos 64 & Epistles episcoporum.
21. Io. Wilh. Löperus in loc. Joh. VI. 45. coll. ej. L. IV. 13. cum parallel. Forum. XXXI. 33. 34. & I. Joh. II. 20.
22. Fr. Ulr. Walterus de Senfu oraculi Servitoris nostri Joh. XVI. 26.
- * 23. Io. Georg. Weberi Θ AMHN KAI TO AMHN.
24. Io. Georg. Walchius de Vaticinis Christi Prophetar. *
25. Dijespoli Commandatice (Programma.)
26. Conr. Henr. de Tempore celebrato a Servatore ultima corona pastoralis. Bifff. prior.
Fiff. posterioris Pt. II.
27. _____
28. _____
29. _____ de eod. Argumento contra Gutium & Anonymum Hamburgensem.
30. Io. Lahode de Die & Anno ultimi Baptatis Christi.
31. de Apparitionibus Christi post resurrectionem in coelum. (Progr.)

○









a habuit, id quod menti obuersabatur. Inde
icere poterat, esse istum, qui ipsi adparuerat, in-
orem eorum, quae clanculum, vt opinabatur,
itineris comitibus agitabat, quod magnam ad
adendam diuinam reuelationem vim habuisse, ne-
on videt. Agnoscebat eum *καρδιοσύνη* &, quod
quens est, scelerum vindicem. Metu igitur iu-
ercussus, quidnam ipsi faciendum sit, exquirit.
Mandato paret, abit in urbem, praestolatur
preces Ananiam viso oblatum, qui sibi manum
nat, vt visum recipiat v. 12. Venit Ananias di-
visione excitatus; inuisit Paulum, in vico recto
Iudee cuiusdam, latitantem & ieunantem tri-
denarrat sibi visa & quae ei in via contigerint;
iniicit visus, quo orbatus erat, recuperandi: di-
spondet euentus, disiiciuntur nebulae, tanquam
nmae, visum in continenti recipit ille v. 17.
Visio visione comprobatur; miraculum acce-
romissum. Qui poterat aliter Paulus, nisi vt vi-
ad sensum praebaret indubitatum? Praebuit &
ns baptizatus est, donis spiritualibus quoque, quod
habet dubitationis, cohonestatus, v. 19.20. I Cor.
v. 18. Breibus vt rem complectamur, ea omnia
nenta, quae pro Christi corporis oculis a Paulo
eritate & adferri solent & possunt, ad mentis yi-
ni quoque optimo iure transferenda sunt. (o) Hisce
mentis ipse persuasissimus eandem veritatem aliis
adere & ad reliquas visiones pro diuinis recipien-
tis erat. Quod reliquum est ipse Paulus prae-
ciuam, qua, gloriari posset, edicens, non visionem,
ab oculis pendet, sed raptum in tertium vsque
coelum

(o) Vide, quae inter alios Commentatores, LIMBORCHIVS in me-
diimi protulit l. c.